

A Quanta verò in Roberto Normannia Duce venustas, audire. Profectus erat religionis ergò Solymam, & in itinere morbum contrahit, qui cum à progressu retardaret. Quid tandem? Locorù agrestes, dato pretio, accersiri imperat, qui Principem humeris suis per reliquum viæ deferrent. Interea è domesticis vnus Normandiam repetit, & num quid suæ genti nuntiatum velit, Regem interpellat, ille; Dices vidisse te dæmones ferentes Robertum Ducem in cœlum, innuens se ab idolorum cultoribus gestari, quos dæmonibus comparabat, & Hierosolymam cœlo. *Pol. lib. 8.*

De eodem quoque memoria proditū, quòd Constantino-polim profectus, cum perbenignè à Constantino exciperetur, qui & altiores sellas sine pulvinaribus tam illi quam cæteris Normandiæ Ducibus apponi curaverant continuò vestem exuerit, eamque globi instar complicatâ sibi supponuerit, quod ipsum etiam comites imitari. Exemptâ autem jam epulis fame, omnes veste relicta recessere. Monet abeuntes Constantinus subridens, indumenta resumere. Ad quem Dux: Non est, inquit, mos Normannis, sedes secum deferre. *Ibidem.*

B Maximilianus Imp. à mendico frater salutatus, & fraterno amori condignam elemosynam elargiri rogatus; vbi ab Adami stirpe hanc consanguinitatem deduxerat; obolum vnum dumtaxat dari iussit, adiciens: Abi, & à quolibet fratrum si tantumdem receperis, crede; breui me diuitiis superabis. *Corrozet. de Factis memor.*

Serius quidem in omnibus Alphonfus Rex Arag, & supra modum prudens, in faceto etiam hoc agmine non infimum locum accepit. Senensibus quippe, qui se bello Italico quasi medios continuauerant, ita vt in neutram partem inclinarentur, per diuifos jam milites spoliatis, dicebat: Verè Senensibus euenit, quod iis solet, qui mediam domum incolunt; vt ab infernè habitantibus fumo, à supernè verò vrinâ vexentur. *Panor. lib. 4. de Reb. gest. Alphonfi.*

Habebat Iacobus Alamanus, homo Christianus quidem, at Iudæis parentibus natus, venale D. Ioannis aureum simulacrum, quingentorum aureorum pretio coemendū. Ad quem Alphonfus subridens: Non tu sanè ineptus es, & maioribus tuis dissimilis, discipuli & præcurforis imaginem tanti aestimans, cum illi Ioan. magistrum & Regem Iudæorū non nisi tringinta argenteis venderint. *Panorm. lib. 1. de gestis eius.*

C Ferunt etiam Coloniz Agrippinæ pictorē, sed & potorem (hoc enim illi generi cōmune) solitū Christi imagines apud caupones pignori dare; rogatūque; cur non diceret potius ampliori pretio; respondisse: Ergo me Iudeum, quâ Christianum maualitis? Absit. *En. Sylb. 1. 1. Com. de Reb. gest. Alphonfi.*

Thomas Morus, quoque suam grauitatem tot Reipubl. muneribus comprobata, ita suauitatem quā vrbane condidit, ut nescias an fuerit Senator grauior, an amicus iocundior. Proponebat Cardinalis VVolsæus in Concilio expedire Reip. eligeretur aliquis qui Regis absentis personam repræsentaret: seque pro eo declarandum insinuabat. Annuunt omnes, vno Moro excepto, quem irâ commotus Cardinalis compellans, Ostendis, ait, More, te stultum Confiliarium, qui solus resistas. Cui Morus uestigiò. *Magne ergo gratia Deo agenda, quòd mæstas Regia in hoc suo Senatu vnicum tantum stultum habeat. Thom. Staplet. in vitæ cap. 13.*

Idem Theatrum, supplicij locum, consensurus; manum sibi, quòd facilis ascenderet, potrigi postulabat, dicens: *Sua me vt conscendam, in descensu nemini molestus fuurus.* Ita ex facilitate ingenij similes facerias, etiam rebus grauissimis insperfit. *Ibid.*

D Intuebatur Nicolaus Florent. equitem plurimis aureorum torquium circa collum spiris incedentem; & egregiè ludēs. *Hem* inquit, cateri stulti vnica vincti catena tenentur: at huius vna est insania, vt pluribus vix quo ad coerceri. *Pogg. in Facetis.*

Coquus Quidam cum præ senio Mediolanensium Principi amplius deservire vix posset, vnicum ab eo in gratiam omnium meritum postulatis sibi præstari, quo rogante: Quidnam illud? *Vt asinus etiam suus,* respondit, ac stulte petitionis causam sciscitanti Principi, *Quia,* aiebat, *video eos quos extulisti adè ambitione, & superbia inflatos, vt iam penè in asinos transferint.* *Ibid.*

Mare insuetum peragrabat Mercator & fortè præ nimia agitatione stomachum euacuare compellebatur, cui ex adstantibus alius: *Vere tu gratis es, & beneficij memor, quod pisces, qui te toties pauere, repascas.* *Th. Morus in Epigram.*

L. B. Theat. vit. Human. Tom. III.

Eiusdem lepòris etiam istud. Ad conuiuium vocatus inurbanus quidam poculum ab altero accepturus, vidit in eo muscas demersas, quas dum collegisset, hausto poculo, rursus eas iniecit, mirantur conuiua; & cur id agat inquirunt ad quos ille: *Ego quidem muscas nunquam sumo: sed nescio, num quis vestrum eas pro delicijs habeat.* Breui Epigramatè id complexus est *Thomas Morus:*

Muscas è cratere tulit, conuiua prinsquam

Ipsè bibit: reddit rursus vt ipsè bibit.

Addidit & causam; Muscas ego non amo, dixit:

Sed tamen è vobis nescio num quis amet.

Facetum quoque est, quod de quodam Logices studio memoratur. Qui cum pertesus studij illius fati tetrici, cogitaret se totum Religioso ordini dedicare; hunc assidue decantabat versiculum:

Linguo Coax vanis, Crax, corvix; Vanaquè vanis

Ad Logicam pergo, que mortis non timet. Ergo.

Refert Lorinus in cap. 12. Ecclesiasticis.

Quidam Religionis & ordinis sacri desertor, ad pestilentia cathedram Batavos se contulerat. Vbi rogatus apostasia causam, non aliam protulit, quam Fidem. Subiit ille, *ecquæ ait, Fides te huc impulit, & cuius generis apud te ea est?* Facimini respondit. Tum alter, verè dixisti: *Facimina fides seduxit te: nec te alius spiritus impulit, quam fornicationis, vt sponsam Christi desereres.* Scitè. *Andreas Frusius in Epigram.*

Vna fides cum sit, quam nos docuere parentes;

Cur nunc tot fidibus, luditur vna fides

Videantur nonnulla in loco de ioco.

* Facies.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Facies Græcè ὀφθαλμος, est propriè anterior pars humani capitis, constans fronte, oculis, naso, ore, mento, à factura corporis, nomen habet, vt à fingendo figura. Volunt Grammatici in hoc faciem differre à vultu, quod hic iuxta Seruium, sit voluntatis indicium, ac pro illius varietate mutetur. Quomodo dicit Virg. *Spem vultu simulat.* Sumuntur tamen plerumque pro iisdem.

Perotus vult faciem à faciendo deduci: quod qui aliquid facit, rei faciendæ faciem & imaginem inducit. At verius fortè à facie ipsum facio deducemus: faciem verò à *facio*; id est, luceo siue splendo. Splendet enim in facie hominis illius dignitas præ aliis animalibus. Vide Ouidius.

Pronaque cum spectent animantia cætera terram;

Os homini sublime dedit, cælumque videre

Iussit; & erectos ad sidera tollere vultus.

NOTÆ CVM NATVRALES, TVM FORTVITÆ, VARIARVM RERV, EX FACIE elucentes.

In facie humana eximæ quædam notæ occurrunt, quibus bruta facie carentia minime donantur, neque in aliis membris humani corporis apparent. Hæ sunt:

1. Numerus, varietas, & structura partium. In brutis mentum, genæ, frons non apparent, nec vlla iusta deprehenditur Symmetriâ.

2. Color multiplex in oculo notatur nigror, albus, viridis, cæruleus, rubeus, crystallinus.

3. Proportio, sensus duplices inuicem sibi respondent, ac tam belle conueniunt, vt oculi & oris eadem sit magnitudo frontis latitudo, nasi longitudinem æquet, menti, labiorum & nasi spatium idem sit.

4. In facierum figura miranda plane dissimilitudo: nec enim per omnia sibi similitudo: nec enim per omnia sibi similes facte duos in orbe toto deprehendere homines qui poterit: Opus equidem perfectum, quod in nulla alia re reperitur. Porro præstans hæc varietas, admodum vtilis, imò hominum societati imprimis necessaria. Si alij alios internoscerent, mala inde innumera nascerentur: humanum genus periret funditus. Huic soror pro filia, pro extranea occurreret, amicus hostis reputaretur. Dissimiles facies hominem cum homine confunderent: homines pecudibus similes distinguere non possent.